

96 *svs qui, s. Divus, ff. de tutor. & curat. dat. ab his.* Sic cordatus & sanus mente præsumitur, qui prudenter loquitur tantamquam homo iudicij, & rectæ capacitatis. Parisius *conf. 88. num. 43. lib. 3.* Menochius *conf. 683. num. 3. & d. præf. 45. num. 21. & 66.* Surdus *conf. 89. num. 5.* Roicius *decif. 1. num. 116.* Alciatus *præf. 18.* Lopus *allegat. 25. num. 2.* Farinacius *in fragment. verbo furor nu. 281. & 285.* Tufchus *conclus. 543. numer. 51.* Argel. *de adipisc. possess. q. 3. artic. 1. num. 58.* Marta *de success. legal. 4. part. quæst. 1. art. 2. num. 19.*

97 Sana mens probatur etiã ex receptione Sacramento- rum. Decius *conf. 414. nu. 20.* Corneus *conf. 219. num. 5. lib. 1.* Decianus *conf. 127. num. 3. lib. 3.* Menochius *conf. 683. nu. 4. lib. 6.* Surdus *conf. 89.* Caldas *conf. 24. num. 35.* Sesse *decif. 56. volum. 1. num. 22.* Duran *decif. 178. nu. 14.* Buratus *decif. 256. nu. 17.* Et ibi Feretil. *lit. C.* Farinacius *1. p. recens. decif. 384. num. 4.* Rota *decif. 107. part. 2. divers. nu. 20.* Barbosa *voto. 11. num. 11.*

98 Præsumptio altera sanæ mentis resultat ex assertione notarij, qui testatorem sanæ mentis esse, cum testaretur,

in testamento scripsit; cuius dicto credendum in dubio est, si notarius fidedignus, & legalis sit, vel illius dictum testibus coadiuvetur, aut re- cta, & prudenti testamenti dispositione. Sic Immola, Be- cius, Socinus, Corneus, & Tufchus, quos refert Farina- cius *in fragment. nu. 276.* Lau- rencius de Pinu *conf. 25. num. 14.* Bertazol. *cõf. 102. in civilib.* Hondedeus *conf. 78. num. 58. lib. 2.* Riminaldus *conf. 309. num. 77. lib. 7.* Surdus *conf. 89. num. 7. lib. 1.* Trenta cinquius *conf. 13.* Grammat. *decif. 73.* Sesse *decif. 56. n. 5.* Magon. *de- cif. 97. n. 12. & 13.* Buratus *de- cif. 256. n. 3.* Simon de Prætis *de interpret. vltim. volunt. fol. 4. num. 14.* Menochius *præf. 45. num. 21.* Mantica *tit. 5. nu. 17.* Thadeus Pifo *lib. 1. cap. 5. nu. 10. & 18.* Marta *de success. legal. 4. part. quæst. 1. art. 2. num. 21.* Castillo *lib. 5. c. 72. vers. Rur- sus.* Quæ opinio magis re- cepta est, licet contraria à multis Doctoribus secura sit, vt videre est ex Castillo *cap. 28. num. 41. & infra cap. 23. nu. 2.* continetur. Quod præcedit etiam si notarius scripserit *Petrus sanus corpore, licet mente languens considerans mortis peri- culum, & cetera, nam hoc licet*

men-

mente languens intelligitur scriptum per errorem, prop- terea quod is qui sanæ men- tis non est non considerat mortis periculum; ita ex Bal- do Iasonæ, & Alexandro te- ner Mantica *dicto tit. 5. num. 5.* Socinus Iunior *conf. 101. num. 13. vol. 1.* Boerius *decif. 23. num. 74.* Roicius *decif. 2. num. 16.* Menchaca *de success. creat. lib. 1. §. 1. num. 56.* Pifo *dict. cap. 5. num. 18.* Farinacius *in fragmen- tis num. 280.* Castillo *d. lib. 5. cap. 72. fol. 111.*

100 Denique vt alteram li- mitationem questioris prin- cipalis traseamus, circa hãc furoris, & dementiæ mate- riam animadvertendum ex communi omnium resolu- tione venit, quod magis cre- ditus testibus dicentibus ali- quem esse sanæ, quam in sa- næ mentis, & sic de sana men- te, quam de furore; quia de- ponunt de qualitate natura- li, & quæ naturaliter cuicum que inest. Corneus *conf. 219. num. 2. volum. 1.* Hondedeus *conf. 78. num. 73. lib. 2.* Burgos de Paz *conf. 6. num. 4.* Nogue- rol *allegat. 2. sinum. 71.* Farina- cius *decif. 792. num. 9. & 10. 1. part. in posthum.* Menochius *præsumpt. 45. num. 21.* Mascar- dus *conclus. 827. num. 11. & 12.*

Tufchus *conclus. 541. num. 6.* Pacianus *lib. 1. cap. 50. nu. 20.* Castillo *lib. 4. cap. 28. num. 24. & 25.* Padilla *in l. sanum mētē; C. de transact. num. 14.* Ripa *de actis in articulo mortis, cap. 21. num. 13.*

101 Hoc tamen limitatur pri- mo, quando testator erat in articulo mortis, nam qui de- ponunt non fuisse sanæ men- tis verisimilis deponunt Socinus *conf. 183. num. 13. vo- lum. 2.* Mantica *lib. 2. tit. 6. nu- mer. 6.* & facit traditum su- pra *num. 64. & 65.* Et absolu- tē, quod in sanitas mentis in infirmo magis præsumenda sit, concludit. D. Franc. Hie- ronym. Leo *decif. Valent. 40. num. 129. lib. 3.*

102 Limitatur secundo, quan- do non fuisse sanæ mentis de- ponunt medici, quia illorum depositionibus standum est; *leg. semel, C. de remilitari lib. 12. cap. constituere 50. dist.* Laurentius de Pinu, *conf. 24. num. 6.* Mazolus *conf. 12. à numer. 35.* Caldas Pereira *conf. 24. num. 36.* Phæbo *decif. 78. numer. 5.* Mantica *decif. 60. nu. 1.* Mar- ta *4. part. quæst. 1. artic. 1. n. 22.* Zachias *d. lib. 2. tit. 1. quæst. 1. num. 3.* Farinacius *in fragmen- tis num. 304.*

Sed hæc omnia arbitrio

iu-



iudicis relinquuntur, materia enim arbitraria est, & ex circumstantiis occurrentibus, quæ describimur, actus vel finis vel cordatus demonstrabitur; plurimum enim in his rebus facti circumstantiæ attendendæ sunt: & ita merito iudicantis arbitrio omnia relinquenda. Thefaurus *decis. 92. num. 4.* Menoch. *de Arbitrarijs casu 528. & 529. & dict. pras. 45. & lib. 2. pras. 8.* Farinacius ubi supra *ex num. 317.* Castillo, *d. cap. 28. ex nu. 48.* ubi legi possunt, quæ hic deficient.

104 Quarto limitatur communis opinio, quando testamentum ad interrogationem alterius metu factum est, nã tunc nullius roboris est; quia voluntas testatoris debet esse libera, & in actu testandi requiritur consensus cum qualitate libertatis plenæ, & sic omnino, & absolutè libera in disponendo. *l. 1. C. de Sacrosant. Ecclesijs.* ibi: *Liber sit Stylus.* Ioan. Baptista de Plotis *conf. 168. num. 25. vol. 2.* ubi dicit, quod leges volunt cuique liberam esse voluntatem in

105 testando, & odio habent adulationes, & suggestiones, & importunitates, & cetera alia, quæ fiunt testatoribus,

ex quibus quocumque modo absoluta omnino liberaque voluntas eorum impeditur. Molina *de iust. & iur. tractat. 2. disput. 135.* Castillo *lib. 3. controvers. cap. 1. num. 9. & lib. 4. cap. 42. ex numer. 16. cum seqq.* Menochius *de Arbitrarijs lib. 2. cent. 4. casu 395. numer. 1.* atque ita à principio interveniente metu testamentum nullum est, quia non fuit consensus. Castillo *à numer. 40. & numer. 133.* Cabrerros *de metu lib. 2. cap. 20. numer. 42. & 46. & relati supra cap. 1. num. 13.*

106 Hic autem metus ad casum nostrum deveniendo Probatum primo, quando testator ipse condito testamento statim affirmavit se metu confecisse testamentum. Ita Bartolus *in l. fin. ff. si quis aliquem testari prohibuerit num. 14.* Baldus *in l. 1. C. eodem num. 15.* Mantica *de coniectur. ultim. volunt. lib. 2. tit. 7. num. 5. & lib. 3. tit. 1. num. 8.* Farinacius *de falsitate quest. 161. num. 55.* Peregrinus *de iure fisci lib. 2. tit. 6. num. 25.* Menochius *ubi supra num. 40. & lib. 4. pras. 11. num. 7.* Petrus Surdus *conf. 373. num. 43.* Mogollon *de metu cap. 10. §. 3. num. 23.* Noguerol *allegat. 29. num. 19. & 21.*

ubi

ubi quod ex confessione patris probatur metus, D. Larrea *allegat. fiscal. 25. n. 7.* Marta *de succes. legal. tom. 2. part. 4. quest. 2. artic. 3. n. 32.* Hermosilla *ad l. 56. tit. 5. part. 5. Glos. 1. num. 94.*

107 Secundo probatur, quando testamento adiecta fuit clausula protestationis insolite, quod scilicet non metu sed spontè testatur, & disponit. Gratus *conf. 20. n. 2. lib. 2.* Menochius *lib. 4. pras. 11. n. 8.* Farinacius *num. 53.* quia ex nimia diligentia arguitur dolus.

108 Tertio probatur metus ex præcibus importunis uxoris vel coniunctorum. Castillo *d. cap. 1. num. 126.* ubi quod preces importunæ aliquo modo cogere videntur, aut verè violentiæ, genus in se continere. Parisius *conf. 67. n. 70. lib. 3.* Alexander Raudensis *decis. 45. num. 32. 1. part.* qui resoluunt, quod si testator graviter infirmus est, & ob continuas coniunctorum preces testamento legavit illis, legatum metu factum dici, quia timet de relinqui si negata, quæ petuntur. Castillo *num. 132.* ubi quod si testator a grotus sit, eo casu velut molestis suasionibus, velut

importunis præcibus non vexetur, sive à coniunctis vel alijs ibi assistentibus non derelinquatur, facile illorum præcibus acquiescit, qui alias nulla vi acquiesceret si sanus esset. D. Francisc. Hieronymus Leo *decis. Valentia. 40. num. 69. lib. 3.* Menochius *lib. 4. pras. 12. num. 8.* ubi quod quando testator immodicis persuasionibus testatus est, vel adductus ad sic vel certo modo testandi, tunc presumitur dolus, quia persuasiones multæ arguunt dolum, & metum, *l. cum quis. ubi Bartolus, & Glossa in l. apud Celsum, ff. de doli exception. Peregrinus de iure fisci lib. 2. art. 6. num. 12.*

109 Quæ resolutio probatur ex textu vulgari *in leg. 1. in vers. Persuadere, ff. de servo corrupto. ibi: Persuadere est plusquam compelli, & cogi sibi parere, unde nimia persuasio comparatur violentiæ, & idem operatur in iure.* Ita Decius *conf. 489. num. 2. & 9.* Socinus Iunior *conf. 32. numer. 5. lib. 4.* Decianus *conf. 65. numer. 2. 6. 7. & 14.* Stephanus Gratianus *tomo 4. cap. 659. num. 8. 9. & 10.* Mantica *lib. 2. tit. 7. num. 4.* ubi ad intentum animadvertit, quod metus

Z

te-